

QK. 257. 32.

Z c
1122

IN NUPTIAS
Secundas utinam Secundas
VIRI REVERENDI ET
CLARI, DOMINI PAVLI
KIRCHBACHIL APVD
Neunkirchenses Praeconis
fidelissimi,
Ducentis
VIRGINEM PROBISSIMAM,
CASTISS: MARIAM, REVERENDI,
Doctissimique viri Domini **VALENTINI**
STEINBACHII, Pastoris in
Blanckenstein, dilect:
Filiam.

Deo Opt. Max. clementer annuente
ad xvi, cal. Maij, Neunkirchj i.e. 16.
celebrandas.

Chronodistichon.

OCto Dles CVrsV Vt sVeto DVpLICarat AprilIls:
PaVLe tVo eXCepta est nVpta petlta toro.

1605. G. S. H. S.

Fribergæ Typis Georgi Hoffmanni,
1605.

BIBLIOTHECA
PONICAVIANA



EPIGRAMMA.

STEINBACHO patre, LIMBACHA scđ
matre MARIA.

Edita, KIRCHBACHO dicitur ecce suo.
Omen habet nutu conjunctio facta Tonantis,
In se tot riui, cùm fluitare parant.

Æquor ad immensum ceu cursibus aucta feruntur,
Et repetunt ortus, flumina crebra suos.

Petra notat C H R I S T V M, latices quæ fudit Ebræis
Fit P A V L V S thalami Symbolon atq; sacri,

Illimes & potat aquas, præbente saporem
Hoc, torrente babit qui nigra pocla via.

His precor, ut donet Bachæja munera sponsis
Vnda pro tenui, cui sacra tæda placet.

Flaminis Ausoni⁹ turpem, qui vindicat æstum,
Atq; suis casto præcipit igne frui.

Stirpibus, alma Trias, tibi quæ genuere Ministros,
STEIN, KIRCH & LIMBACH, semper
adesse velis.

A L I V D.

BVccina Tharsensis, Mytas ſubet eſſe maritos,
Pontifices contrà fœdera ſacra vetant.

Quanto Vir melior qui conjugis ambit honorem,
Et vidui ſarcit triftia damna thori.

Obſequitur Pauli monitis ita denuo P A V L V S

KIRCHBACHVSq; ſuos quod docet ipſe facit.

Virginis amplexu ſolatia quærit amatæ,
Oblatas inter ducere vultq; parem.

Cœlibe pro Vita, Vinctus desiderat eſſe,
Sub thalamiq; piè fata ſubire jugo.

Author consiliij ſacra cum repetita probârit,
Sit re ceu verbo tæda ſecunda ſuo.

A 2

Edita



**Edita templorum soboles adolescat in Uſus,
Moribus excultis reddat vtrumq; genus.**

**Iohannes Lauterbach, im
Noscovvitz I.C. & consi-
liarius Electoral, Saxon.**

II.

**Allusio ad Cognomina D. Sponsi Paulii
Kirchbachs: & Sponsæ Mariæ Steinbachin.**

Mirabar nuper, vox, exitialis Amori,
RIVALIS, causam nominis vnde trahat:
Inueni hoc etymon: vera quod origine nomen
A RIVO ducat: res velut ipsa probat.
RIVALES prisco dicti sunt tempore, quorum
Inter agros ibat **RIVVLVS** unus aquæ,
De quo mouerunt certamina sæpe Coloni,
Dum voluit proprium quilibet esse sibi.
Hinc hodie nomen **RIVALVM** habere feruntur,
Quorum uno incaluit mens in amore simul.
Quilibet accessu propiore exoptat Amicam;
Atq; ob idem corium jurgia sæpe mouent.
Sed tu, PAULE, alia **RIVI** cognomine dici
De causa (vt fatear vera) videre mihi,
Non extingibili pectus succensus amore es,
Quo velut, in Sponsam, flammivoma Æthna cales.
Nec restinguui alia hi possunt ratione calores,
RIVORVM quam si copia larga fluat.

Idq;

Idqp sit: ex teipso TEMPLI promanat abunde
RIVVS, diuino cor tibi fonte rigans.
Influithunc alias LAPIDIS de nomine dictus
RIVVS, erit flammæ qui medicina tuæ.
LIMPIDVS hunc ex se profundit RIVVS, ab ortu
Materno, quo se Sponsa Maria vocat.
Quid potius cupies, ô Sponse decore: quid vltrâ
In votis(vt nunc res tua) habere voles:
Quàm TEMPLI RIVVM LAPIDIS si RIVVLVS
Flumineqp exundent vberiore Duo. (intret,
Auriferum linques Hermum; Gangemqp nitentem,
Spernes, Pactolo quæ bona in amne latent.
Hi fluuij præclari opibus solummodo diræ:
Fomes Auaritiæ sunt, animiqp fames.
Ast illi, quos in Thalamum pie Sponse, recentes
Deriuas, heudant quàm genus omne boni.
In Mensam ascendent, non arida vt illa laboreb.
Vnquam nec, Victu deficiente, penus.
In Stabulum venient, pecorum vt sit maximus ysus,
Et vaccæ gestent vbera tensa tuæ.
Insuper & Campos latos agrosqp rigabunt,
Accepta vt plena dent tibi messe sata.
Fallor, en hi RIVI quoqp Radicalia vitæ:
Humida seruabunt restituentqp tuæ.
Non fallor: Conjunx æuum proba namqp Marito
Porrogat, & vitæ stamina longa facit.
Ast mala delicias aufert: bis acutus vt Ensis
Et jugulat lecti proh socium; ante diem;
Hosce meos potius circumfluere ipse Penates
Optarim RIVOS, atqp rigare domum;
Quàm si vel Moldæ, vel & Albidos affluat vnda,
Squamigericqp gregis convehat omne genus.

A 3.

Credo



Credo equidem è quadam tales scaturigine oriri
RIVOS, quæ non est obuia cuiq; viro.
Et nisi mens fallit, fluuij sunt Fontis Edeni,
Gen: 2. Quadruplices amnes alueus vnde jacit.
Horum aliquis RIVOS hos ex se procreat, vt sint
Hi Paradisiaci pars quoq; magna boni
Felix, contingit cui RIVVLVS inde thoralis,
A celso veniunt nam bona celsa loco.
Sed quid in obscuro sic ludo ænigmate? Sponsi
Nomen in hoc, Sponsæ &, dulce, notare, fuit.
Dulcius at Sponso & Sponsæ, si, ænigma docere
Quod voluit, factis experiantur idem.
Id, precor, eueniat, veluti prece posse putamur
Omnia, sunt placito congrua quando D E I.
Cujusdam vxorem (fluuij ne mentio cesset)
Suffocatam vndis, amne periisse, ferunt.
Vir, cui non luctus sed erat, submersio, risus,
Conjugis aduerso flumine quærerit eam.
Cernentes aliqui, Aduersis, dixeré, profane,
Hanc non, sed pronis fluctibus inuenies.
Non, ait hic: Aduersa mihi, dum vixit, agebat
Cuncta, ob id aduerso flumine nasse reor.
Ista tuo à RIVO fors absit, PAULE, sed illo
Affluat omne bonum, defluat omne malum,
Laudo, Sacerdotum generi quod & ipse Sacerdos
Te jungis, consors Ordinis esq; sacri.
Nos, quibus incumbit Sacrorum cura, maligno
Mundo, cum Nostris, vile catharma sumus.
Dulce Ministerio tamen est, odia inter & iras,
Confratrum, in misera sorte, fauore frui.
Hac iterum frueris tu Sponse decore, Mariæ,
Dum placet, è sacro te sociare statu.

Hæc



Hæc quoq; quam casto fero ure medullitus ardes,
Sit desiderij blanda medela tui.
Eçp mari, anfractus per terræ, ut quælibet vnda
Profluit, inçp maris refluit illa sinum:
Sic R I V I vestri tacito illabantur amore
Pectore ab alterius pectus in alterius.
Nec timeas, LAPIDIS de RIVO nata quod illa est,
Saxeæ non, sed erit carneæ tota tibi.
Et quia curarum tibi molle, malagma futura est,
Deliciasçp tuas, Suauiolumçp voces.
Proueniant thalamo dulcissima germina vestro,
Afferat & cunas Ilithyja citò.
Mense Genethliacon decimo, Matriçp Patriçp
Vt scribam, faustum jam velut opto thorum.
Concludo historia, quam fas memorare, secundis,
Vt pateat, quæm sint tristia mixta simul:
Præterière, hyeme jam lapsa, tempora dira
Annua, (commemorans, horreo, triste malum)
Tempora, Bertholdi pagus, conterminus Vrbi,
Expertus quibus est, sorte dolente, thoros.
Nuptiæ erant eheu funestæ, vbi toxica sœui
Arsenici, in potum rustica misit anus.
Insidias, hoc Arsenico, majoribus ædes
Qui cupit exemptas muribus esse, struit.
Ah error, grauis error, vbi contagio dira
Serpere lethali cœpit in ossa lue.
Ah error, grauis error, vbi mox gaudia lecti
In lamentorum præcipitata sonum:
Ah error grauis, error ineluctabilis, Heu quid,
Commissi serò pænituisse juuat?
Octidui in spacio (numerus fuit iste notatus)
Bis triginta Homines interière lue:

Nuptiæ
funestæ in
Bertels
dorff/An-
no 1564.
17. Ianua:

Quodçp



Quodq; doloris serum est, cum Sponsa Sponsus & ipse,
(O breve Conjugium) succubuere nece.
Quosdam, robur adhuc juuenili in corpore habentes,
Virus per vomitus ejaculasse ferunt:
Quosdam, Electoris, saluasse, in Puluere, alexis
Pharmaca, transmisso, nuncia fama refert.
Quadraginta annos supra jam transiit vnum,
Posteritas, tragica sorte, quod illa dolet.
Discite Mortales, media inter gaudia vestris
Quod Furiæ soleant inuigilare malis.
Discite sic hodiè lætari, ut ferre queatis,
Craeftina quod fors est hora datura, malum.
Georg. Agricola, verbi diuini apud
Fribergens. Comminister.

III.

Nuper ut Elisij's huc me via ducit ab oris,
Dum Philyres longo tecta saluto gradu.
Fama Venit, Venerande pater, (cur nomine Patris
Te non indigitem, qui pater alter eras:
Te cepisse nouos tecum meditarier ignes,
Disruptiq; iterum jura nouare torj.
Dum mens sit MARIAM viduo associare cubili,
Nympham STEINBACHIO de genitore satam.
Mox ego sub tacito mecum sic murmure dixi:
Quam Sponso arridet nomine Sponsa suo?
KIRCHBACHIVS benè STEINBACHIÆ conjun-
Rius in alterius se benè fundit aquas. (gitur: alter
Et riuis suus ardor inest: laticef; Cupido
Ardore incendit (res noua nulla) suo.
Ille suas medijs flamas accendere in Vndis
Est Visus: quamnam lymphâ aboletur AMOR:
Responce



Respice Cyaneen formoso corpore Nympham,
Mæandro Phrygiæ flumine nata fuit.
Ipsa Venus si maternos jactaverit ortus,
Se maris ē spumâ dixerit esse satam.
Fluminis Alphei Naso describit amores,
Cûi cupidas afflat pulcra Arethusa faces.
Vt taceam flamas Acheloj, atq; illius, ex quo
Thrëicum vatem progenitum esse ferunt.
Non igitur mirum, sin hîc conjungere sese
Confluxu incipient flumina bina nouo.
Confluxus DEVS est hujus director & autor,
Anne quis hæc fieri crederet absq; DEO?
Vox Cedro digna est: FIERI CONNVBIA FAto.
Connubia hæc fato facta quis esse neget?
O verò rivi concursum utriusq; secundum,
Autore eveniunt quæq; secunda DEO.
Ergo tua multùm Sponsa lætabere, Sponse
Sic dicte à riuo, qui sacra templa rigat.
Illa etenim riuos amat Israëlis amœnos,
Indicium crede hoc ominis esse boni,
Os satius multò est accessu adiisse frequenti
Riuum, qui sacrà manat ab æde sacer.
Quàm latices alios vini, impurasq; tabernas,
Vnde fluit vino mixta caterua mali.
Spōsa frequenti aditu sacra templi stagna subintrans,
Atq; audè Christi dogmata fusa bibens.
Illa suo demùm sat adest dotata marito,
Maxima Dos PIETAS scilicet esse solet.
STEINBACHIAM jungis tibi Sponsam fœde-
Ex multis placuit millibus illa tibi. (re lecti,
Nomen ei riuus lapidosâ mixtus arenâ
Indit, vt & patriæ nomen habet lapides.

B

Nominis



Nominis ergo sono lapides feret: omine verso
Quinis P A V L E lapis sit tibi gemma nitens.
Non solos videoas lapides in flumine, multa
Queis commendetur commoda, flumen habet.
Nec tibi STEINBACHIO deerunt tua mūera rivo,
Et tu, queis placeas dotibus auctus ades.
Verū est, non raro hos lapidum premit altus aceruus,
Qui sacra legitimi jura adiēre tori.
Nunc hoc nunc illo lapidum, ceu turbine, jactus
Conjugium videoas vel sine fine, peti.
Forsitan experto loquor: O si P A V L E referre:
Primi deberes aspera cuncta tori.
Principium facile posses sermonis habere,
Quis verò finis, quæ tibi meta foret:
Mille fretum pisces alit: æther sydera mille:
Mixta tuo thalamo mille fuere mala.
Nec jam conjugio tibi quis spondere secundo
Pro lubitu semper quæq; secunda potest.
Multæ nouum circumuenient incommoda lectum
Quis thalami comitem nesciat esse crucem?
His tamen haud mouare malis, sed fortior insta,
Fide D E O: res est tuta potensq; F I D E S.
Si quis erit lapidis grauis ictus, gemma putetur,
Vtq; queas: crebrà voce precare D E V M.
Scilicet est prudentis opus, benè ferre, quod ista
Ferre nouos Sponsos vult statione D E V S.
Ille solet lapidum mensurâ imponere certâ
Ille quod imposuit demere rursus, onus.
Iam superest junctis votis pulsemus ut astra,
Quò riuo juncta huic vnda perennis eat.
O riuo fac sancte D E V S sua lympha supersit,
Vtricq; innumeros limpida ad visc dies.

Forsitan



Forsitan & fructus aliquid, labentibus annis
(Quid sperare vetet?) riulus iste feret.
Non sibi verum alijs profert sua germina tellus:
Sic vndas alijs non sibi riuis habet,
Vix aliquam reperire datur, sine piscibus vndam.
Et sua, quæ præstet, munera flumen alit.
Sunt exempla, quibus multò majora probatur
Speratis largum sæpe dedisse D E V M.
O saltem foret hoc! tum totum Helicona mouerem,
Applausu ludens festa nouella nouo.

Sed quorsum? Tu Sponse legas adjuncta, serenus
Carmina, præcipiti deproperata pede.
Sic etenim obscuro modò deduxisse colore,
Confluxum istius riui utriusq; libet.
Nonne vides, quam se excipiant commixta subinde
Nomina Sponse T V Æ, Nomina Sponsa T V I?
Incomtum est fateor, carmen, nec nomine dignum,
Sunt (Scio) plura, quibus lima adhibenda foret.
Sed me longa Viæ excusabunt rædia, Verba
Quæ sub judicium quæq; vocare vetant.
Carmen opus meritò securæ mentis habetur,
Hæc verò fessus metra viator aro.
Qualiacunq; tamen sint: nostri Symbola suntos:
Absentis poterunt fungier illa vice.

B

STEL.

STELLA. NVPTIALIS.

Sic est: non semper **K**ommotis feruet ab vndi **S**
Pon **T** us: nec videoas vent **I**s discordibus ac **T**ā
Visqu **E**premi **P** uppim: **R**edit & placidissima co **E**li
Temper **I**cs & **A**ndem a **C**rursus fret **A** sœua f **I**lescunt.
Id præse **N**te stat **V**, **KIRC** **H** Bachno **V**e **Spo** **N**se probatur.
Nonne tibi f **L**atus **B**oreq insu **L**ta **B**at iniquus
Hactenus: ir **A**toq **V**e tua **A**m q **V**assi **A**re tumultu
Per-- ge-- bat **C** las **S**em, **C**um (**S**i **C** statuente lehoua)
Matrē almā **C**atha **R**in **A**th orisoci **A**int **I**ma, te **R** n **AM**
Mor---- te **C** A dens, **C**ar **A** sibi jū **C**tā **AG**nete, subiret,
Tcīp Podagr **A**s **I**mul curis **A**dm **I**x t **A** grauaret.
O verē **B**oreq **R** a **B**ies penet **R**a **B**ilis hæc est,
Et tame **N**ā p **A**tre cœlesti **H**æc jactur **A**repe **N**sa est,
Qui **M**ari a **M** tibi Steinba **C**hi -- a **M**junx **I**t; is ipse
Nirū **D**Ells est, fe **R** iens & vulnera toll **E**ns:
Io **T** e igitur te cum mer **I**tas pro munere gra **T**es
Soluo. **D**E **O**: quod & ha **K** luet post nubila Phœbus

CHRONODISTICHON.

Octo **D**ies **C**urs **V**vt **f** Veto **D**UPLIC arat Apr **ILIS**:
Pa **VL** et **VO**: c **X**cepta est N **V**pta pet **I**ta toro.

Georgius Schreiber Hirsb. Sile-
 sius, Bernsdorfienium ad
 radices Sudetum, designa-
 tus Pastor.

V.

En aurora diem liquidis produxit ab vndis,
Qua venit, in thalamum; Vir Reuerende, tuum
Virgo, cui pater est S T E I N B A C H V S, mater &
Nomen aquæ limis sorde carentis habens. (ANNA),
Quis neget æthereo fieri connubia jussu?
Sanxit enim thalamum conditor ipse D E V S.
Casta D E V S mens est, reprobans impura, libido
Exulet, à casto sit procul atq; thoro.
Venduntur magni gemmæ fuluumq; metallum,
Conjuge nil casta carius orbis habet.
Te KIRCHBACHE decet, tua si modo comoda
Lætari, bis te candida fata beant. (noris)
Tuq; M A R I A pio, multum lætare marito,
Ito sub amplexus, basia blanda dato.
Multum in conjugio mentis constantia prodest,
Semper in obsequium currere prona velis.
Si qua, velut nemo est ex omni parte beatus,
In vestrum venient forsitan acerba thorum.
Sit longævus amor vobis, parilisq; voluntas,
Viuite felices, inq; timore D E I.
Sit sine labe domus, certaminis atq; querela;
Progenies etiam vos numerosa bect.

Samuel Lymbach. f.

V. I.

Post obitum matris subitum; & suspiria natae
Denatae, ac nati funera, plausus adest;
Plausus adest, quoniam venit post nubila Phæbus,
Salve ergo sacris & Genio apta dies.

B. 3.

Cantat



Cantat Hymen, Iessus silet, & vox personat Eurax,
Ad nymphæ amplexus deliciasq; viri,
Te meritò hinc meritum tollant in carmine vates,
Qui rectum rectum, curuaq; curua vocant.
Dictamnum inquisti podagram quo pellere posses,
Quam contra Hippocrates nil valet, herba valet:
Herba inuenta tibi est quæsita in vortice aquai;
Hæc sanare potest, quod nec Hygea potest.
O liquidum Riuum Lapidum, Riuumq; Sacelli,
Vno decurrunt riuuli in amne duo.
Fit mare Amare Tibi inde MARIA perennis amoris
Ex quo nunquam non mel fluitare solet.
Quærere aquas in aquis sipienti sponse palato
Persta, næ releuat tantula lympha sitim.
Jure placet riuus purâ pellucidus vndâ,
Qui fluit ad gustum Sponsi, in amoris aqua.
Vnda fluit labunda per vndam, tam liquidam vndam
Imbibe, si flamas ritè delere cupis.
Verum quid multis remoror mea munera verbis?
Sponse tibi hæc Xenij summa erit atq; valor:
Viue diu, atq; Tibi bene, Viuere disce Tuæq;
Sponsæ, tum C H R I S T O Fidete, deinde Mori.
Hoc est in Votis, felix in Nestoris, annos
Cræscas cum Sponsa, & crescat amoris amor.

Noui auspicij & boni ominis
ergo f. Christoph: Glaserus
V Vil. Sponsi affinis.

Ancipiti Enceladi Cæiq; Soror dum scæna susur-
Anxia terrigenum corda timore quatit: (ro
Quod

Quod Patriæ immineat bellum, illætabile bellum.
Ingentisq; instent tristia fata mali.
Te, D E V S alme, pjs precibus veneramur homuli.
Quos, nisi tu serues, deserit ipsa Salus:
Injce Bellonæ frenum, compescetq; Martem,
Nobis quô pacis tempora lœta fluant.
Cessent arma Dei creperi crepitantia, cessent
Fulminei, Mortis proxima tela, globi.
Ast olea redimita caput Pax incolat vrbes,
Pax veniat, vigeat, pacis abundet amor.
Hæc Ecclesiolum patriæ, hanc conseruet & illi;
Hæc firmet leges, ambiat hæcq; domos.
Vsq; domos foueat nostr a pax aurea: pace
Cuncta, vigente, virent, cuncta, cadente, rigent;
Hæc precor, & mecum hæc iterumq; iterumq; pre-
Nempe micam veræ qui Pietatis habent. (cantur,
Attu SPONSE, (meus SPONSOR dulcissimus o-
Cum SPONSA peragas tempora fausta tua: (lim)
Vestrum etiam thalamum cingat pax Enthea: pacis
Spiritus amborum jungat amore animos.
Deniq; quæ possunt obtingere commoda cuiquam,
Obtingant vestro commoda, quæso, thoro.

Andreas Donati fil.

Hoffman, Rensberg.

V I T I.

Mens animi ecquid agis? nubem eispelle veterni;
Cur usq; inornatis litas Murciæ imaginibus?
Festa iterum Sponsus parat, en Aphrodisia festa,
Quem præterire non vales carmine, rumpe moras,
Aonidasq; in vota ciens Clarium Deum adora,
Ut sis acutis id potis ludere arundinibus.

Sed:



ZG 1800 OK
1800
Sed nunc quid facies? Volucris temeraria vom
Iactant per algidos Noti flabra Borysthenidas.
Raucus Apollineos ne interstrepant anter oloros,
Gratantia in pauxillulos contrahe verba pedes,
Æneadum genitrix, pharetrate puelle, Moneta,
Spretis Papho, Gnidio & Samo, quæso vorate vias:
Atq; nouos lento nexu constringite Sponsos,
Quem nulla vis unquam moræ dissolvisse queat.
Sed quid: non colimus sine Numine numina Diuūm,
Non Cinxiæ, & Cupidini hinc est locus, & Veneri,
Juno, Cupido, Venus, tuq; hinc Hymenæe facesse,
Rex cælitum amantes jugat sub juga conjugij.
IOVA tori est præstes connubia firmat IOVA,
Et bina amantium ligat corda fide vñanimi.
Ille DEVIS, DEVIS ille cui connubia curæ,
Aut demat, aut tantum tori dulcet amaritiem.
Te nova nupta novus fortunæ RIVVS inauret,
Sed Sponte de SAXI cibiviscere mella fluant.

Samuel Starckius Hirschfeldensis.

IX.

CHare pater, satis est, planxisti funera matri S
Ipse meæ, fuerit quod tibi chara, pate T
Ritè ea succedunt tandem nunc gaudia cura E
Cum socia hæc thalami fit noua nupta tu I
Hæc ergò miseris in rebus dulce leuame N
Bustum ad supremum sit precor usq; ti Bi
Ac sociam simili cum jungant nomine fat A,
Conueniat tecum nomen & omen in ha C,
Hæc rata sint faciat semper mea uota lehoua H,
Ipse etenim sanxit fædera conjugi L
Ultima cum primis contexat, sic bene cunct A
Succendent, semper pax aderit placida.

Petrus Pauli f. Kirchbach, Neunkirchensis.

1017

n.T

QK.257.32.


VIRI
CLAR
KIR

VIRGI
CASTISS
Doctissim
STE


Deo Op
ad

OCTO DIES CV
PAVLE tV

Fribes



Blue Cyan Magenta Yellow Red Green White Black



X 20557 A2

